GREGORIUS MAGNUS. ORIGENES. ANNALES ZWETLENSES
Zwettl, 4. Viertel 12. Jh. Seite 108r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



Doctores cum stimulantur temptationibus plenam vitam auditorum quas docuerunt resistunt.

iactatione superbie mo ire stimulis inflamentur. Sed cum bonorum au
ditorum vitam considerant. eamque profecisse suis exhortationibus pen
sant. erubescunt se tales non esse. quales auctore deo per se conspiciunt
alios factos esse. et ante se in mente restabiliunt quam plene
in culpam labantur. Nam cum ipsa sua doctoribus verba ad memoriam
redeunt. erubescunt non seruare quod dicunt. Unde per salemo
nem dicitur. Anima laborantis laborat sibi. quia compulit eam os suum.
Os enim nostrum nos compellit ad laborem. quando per hoc quod dixi
mus auiciis refrenamur. quia turpe nimis est ibi nos negligen
do cadere. unde predicando conati sumus alios leuare. Ha
bent quippe gazophilatia in circuitu pauimentum. quia doc
torum magna custodia est vita venerabilis auditorum. et suus ei
sermo in adiutorio fit. quia erubescunt pulsantibus uiciis
non resistere. qui contra uicia alios armauerunt. Quia enim quam
diu in hac vita uiuimus contra malignos spiritus. quid aliud quam
in acie stamus. Sic prediximus doctoris animus aliqua elatione
pulsatur. sed siue ne ipse pereat. seu ne per exemplum suum alios
ad perditionem trahat. uigilanter se et festine circumspicit. in co
gitationibus se remordet. adducta auditorum suorum vita ad me
moriam semetipsum humiliat. et quibus prevalet modis agit ne
elatio principetur in mente. ne dominetur in opere. Scriptum quippe
est. initium omnis peccati superbia. Quis ergo erit ante deum fructus
boni operis. si ex radice putruit elationis. Sed ut predictum
est animus temptatur extra. sed cicius se ad circumspiciendum re
colligit. et disciplinae se pondere de primens agit. ne motus
animi transeat in sermone. ne erumpat in uoce. fitque
ut ira perturbati animi ibi per negligentiam oritur. ibi per iu
ditium suffocata moriatur. Qua ex re agitur. ut ex concepta

108